tem re amata ⁊ in se trāsformat. ita odiū expoliat volūtatem a forma rei exose ⁊ longius a se ꝓiectat. Nona. sicut amor non potest cogi nec violētari nec restringi. sed ꝑgit libere quocūq; ꝑgit: ita ⁊ odiū cogi nō potest nec coartari. Decima. sicut tantū se extendit amor quantū ⁊ res ꝑmo amata: ita etiā tantuꝫ se odiū extendit quantū se extēdit res ꝑncipaliter exosa. ¶ Dominicus. Notatu dignissime he sunt odij ꝓprietates ⁊ intimis visceribus collocande.

¶ Q) sūt duo prima odia sicut duo ꝑmi amores: ⁊ de odioꝝ fructibus ¶ Capitulum. xxxi.

Raymundus. Nūc de duobꝫ odijs ⁊ odioꝝ fructibꝫ pauca dicamus. Sicut sunt duo ꝑmi amores. amor scꝫ dei. et amor sui: ita duo sunt odia ꝑma. odium dei. ⁊ odiū sui. Et sicut duo isti amores sunt inter se ꝯtrarij ⁊ capitales inimici. ita hec duo odia maxime ꝯtrariant̄. Sed amor dei ⁊ odiū sui optime cōueniunt: ⁊ fiūt homini in salutem. ita ⁊ amor sui ⁊ odiū dei inuicē copulant̄ ⁊ fiūt homini in ꝑditionē. Et ideo q̄ recedit ab amore sui nccē est vt pergat in amorez dei. ⁊ qui recedit ab amore dei ꝑgit periturus in amorem sui. Silr̄ qui recedit ab odio sui vadit miser in odiū dei: ⁊ qui recedit ab odio dei ꝑgit feliciter ad odiū sui. Sed in isto ꝓgressu hanc intellige differentiā: quā etiam in aqua reꝑies. Aqua ꝑ se currit ad frigiditatem. sed violēter inducit̄ ad calorem. Ita volūtas humana ꝑ se vadit ad amorē sui: ⁊ illic sine adminiculo cōmorat̄. sed ad amorē dei currere nō p̄t nec illic ꝑsistere nisi eius adiutorio ꝑtrahat̄ ¶ Dominicus Hoc postremū humilitatē redolet ⁊ instruit ad timorem. Qui em̄ dei adiutorio destituit̄ in suijp̄ius amorem relapsus: ad dei grām nec venire poterit: nec etiā si venerit ꝑmanere. Sed nunc de odioꝝ fructibꝫ quod pollicitus es exequere ¶ Raymundus. Odioꝝ fructus ex amoꝝ fructibus (quos supra longo sermone disserui) poteris intueri. Nā sicut amor dei est optimus. ordinatus. iustus. sanctus. ⁊ sic de ceteris. ita odiū dei e diuerso est pessimus. inordinatus. iniustus. impius. ⁊ sic de alijs ꝯditionibꝫ appositis. Et sicut odiū proꝑe voluntatis est bonū. sanctū. meritoriū. ita amor sui ma

¶ De odiorum fructibus.

lus est sacrilegus ⁊ pditissimus. Quia igit ex bono amore oritur odiū bonuz. ⁊ ex malo malū. ideo ꝯgruēter dicimus illos fructus nasci ex bono odio q̄ nascunt ex amore bono: et illos ex malo odio generari q̄ generant ex amore puerso Certe nūc audisti que te de amore deqz odio scire oporteat: puto non ingratā me tibi hodie disputatōez texuisse ¶ Dominicus. Imo vero gratissimaz. nec pt quicqz sanctius salubriusve dici qz qd te hodie dixisse gratulor ¶ Raymūdus Nō minus libēter auditurus es nec minus vtiliter que post meridiē sumpto prandio loquuturus sum. Verū quia ad cibū nos nūc ⁊ fames ipsa ⁊ cocus inuitat: paululū ab studio aīm reuocemus ¶ Dominicus. Licet optimo me nūc cibo qui mentē nutrit sagina ueris. nec magnope carnalis me mensa delectet: libens tamē tecum ad prandium comitabor. ¶ ¶ Finit tertius dyalogus. qūo deum optimum maximū debeamus amare.

¶ Incipit quartus. quomodo debemus deum timere: adorare: laudare. honorare.

¶ Sequūtur alia q̄dam debita vltra amorē que hō tenet teddere creatori suo ¶ Caplm. xxxiij

Raymundus. Resumptis iaz a mensa paululum viribꝫ dignissimū duxi tibi nūc demōstrare alia quedā debita pter debitū amoris: q̄ merito obligat homo suo reddere creatori. Tu queso diligēter ausculta. ¶ Dominicus. Nō necesse habes addere calcar equo sponte currēti. Tu tm̄ ne fatigeris rogo. ¶ Raymūdus. Cū igitur hō sit dignissimū opus maximi creatoris sui. ideo quicqd ab illo in se accepit: q̄cquid etiaz potest totū obligat restituere ⁊ refundere in obsequium artificis sui. Opus em̄ seu factura intellectualis q̄lis est hō ex pte aīe tenetur nō solū amare factorē suū. sed etiā timere. laudare. honorare. glorificare. adorare. supplicare. orare. deprecari. credere cōfidere. magnificare. bn̄dicere. ⁊ p acceptis bn̄ficijs gratias agere. gaudere. ⁊ exultare. Quid em̄ debz creatura aliud amare qz dn̄m creatorē suum. Quē alium debet ipa factura vel ti/

Nota debituz aīe humane